2026-05-07 page 1/3

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 244

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 111.

Cod. CCXLIII.

Chartac: Fol: Sec: 15.

B 16.

Jacobi de Voragine Historia Lombardica.

Jacobi de Voragine Historia Lombardica, seu Legenda aurea. Incipit: "Adventus domini signat" &c: In fine mutila est. Saepius de illa dictum praesertim in Cod: CXVII.

Cod. CCXLIV.

Chartac: Fol: Sec: 15.

B 21.

1.

Decretalium tituli versificati.

4a–5b

Decretalium tituli versificati. Rubro praenotatur: "Nota hic sunt notate (i. e.) libri decretales, et sunt quinque libri primus per versus." Initium est: "Prima suma fides statuit scribitque (sive scit)" In fine: "Explicirunt tytuli Rubricarum librorum decretalium per versus presentes Anno domini M°. cccc 36."

2.

Conradi de Walthausen Postilla in evangel. dominicar:

6a–178a

Conradi de Waldhausen Postilla in evangelia dominicarum. Initium prologi est: "Adventum domini recolentes"; Sermonis autem primi: "Hodie sancta mater ecclesia incipit:" In fine: "Explicit pustilla Chunradi de Walthawsen abinata (?) (reri) secundum textum valde bona anno domini M°. cccc anno XI°."

Hujus postillae mentio jam facta est in Codd:

CX. n: 2. CLVII. n: 4. & CC.XXXIX. n 2.
sed aliis adscriptæ authoribus. Citem hanc
alii componant; ego hic addam, quæ de
Conrado de Waldhausen collegit noster P. Wolf.
Mitter. Balbinus in Bohem: docta edit:
Ungar: par: 2. pag: 183 meminit cujusdam
Conradi ab Austria /: probabilius nostri:/
eique Postillam Studentium Sanctæ Pragen,
„sis Universitatis super Evangelia dominic:
adscribit. Ibidem in nota 179 dicitur: Con,
„radus a longa /: et ait Balbinus Crit: p: 409:/
„in Austria et Viennensi Academia comorati,
„one dictus ab Austria patrio cognomine de
„Stienna fuit, referente Hagecio ad annum 1369(a)
„Canonicus Regularis, Plebanus B: V: Teynen,
„sis in urbe veteri Pragensi. Vir tanta eloquen,
„tia et doctrina, ut ei vix parem multis an,
„te seculis extitisse crederent homines." Hæc
apprime conveniunt cum iis, quæ habet au,
„thor tractatus de honestate clericorum
in Cod: ms: CCLXII. n: 17. infra recensendo,
ubi pag: 109 aversa col: 2. ad finem ait: "Au,
„divi et novi in pueritia mea d: Conradum
„Waldhuser Ord: S: Augustini, cujus in omnibus
„supra et infra scriptis conditionibus (b)
„non vidi similem nec audivi neque in ala,
„mania, nec in Bohemia, nec in bavaria
„neque in francia". Duellius denique in
Prooemio ad lib: I Miscell: num: II. ubi agit
de Chronico Waldhusiano, dicit: "De Cun,
„rado de Watthusa, magno perantiquæ hu,
„jus Canoniæ ornamento fusius tum agemus,
„cum orationem ejusdem, quam habuit
„in funere Arnesti Archiepiscopi Pragensis,
„evulgabimus." Sed promissis non stetit Duel,
lius:

Postillæ adhærent nonnulla miracula de
S. Joanne Evangelista, et alia levis momenti.

(a) Conrado lethalem.

(b) Prædicatoris.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 244

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27594

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)